V. vestis miseros ~~[struck]~~ consolans et ad paciendiam exhortans. Sciens enim in vestibus preciosis et superfluis non deesse peccatum, et divitem qui induebatur purpura et bysso sepultum in inferno, ab illis prorsus abstinuit, non in vestibus [pr]optationis sed in operibus caritatis, in maxima hylaritate vultus et animi se exercens, et ad anteriora se semper extendens. Contulerat illi dominus, qui fons est pietatis, maximam graciam lacrimarum, dans illi irriguum superius et inferius. Qua gracia valde discrete et sine omni deformitate, ne de ypocrisi notari posset, sua alius lacrimando aliquid verecunde incuteret, utebatur. Universa hec et alia multa bona que ad presens predicta Ysentrudis non meminit, vivente adhuc marito suo beata Elyzabeth, cum quo valde laudabiliter usque ad mortem vixit, se de illa vidisse astruit. Nam in hac vita mutua caritate se diligebant, et se invicem ad dei laudes et servicium confortabant. Lantgravius vero maritus ejus cum circa temporalia necessitate suorum principatuum intercedere cogeretur, semper tamen dei timorem

? vestib9
inferno.
pōptatiōs.
ns
ad hunc